

*Hic sylo, bethoron, ierusalem, mons quoque, templum.*

Posthaec incipiunt Biblia. In his *Esdras* et *Nebemias* unus Liber videri possent, nisi in *Nebemia* Capita denuo ab I. ordirentur. Interim tamen III. *Esdrae* apocryphus inscribitur II. *Judith* et

## XXV.

R. 1687 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 318. 8. maj. ejusdem rationis cum praecedente, nisi quod caractere minori et tenuiori perscriptus sit, haec sibi propria habet. In anteriore theca lego: *Dominus stephanus de wuldersdorff capellanus domini Thome Krafft Procuratoris fratrum minorum in Egenburga In anno Jubileo tempore peregrinationis sue reliquit predictis fratribus pro valetate hanc bibliam 1477.* Putem erratum in hoc numero; Jubileum enim istud *Romae* jam a. 1475. agebatur. Foliis aliquot ante *Biblia* vacuis duo infarcta sunt, et quidem rudi manu, ut saepe splendidissimos Codices deturpatos videas, inepto quodam membranae aut chartae parcendi studio: primo *Speculum Monachorum editum a beato Bernardo*, quod incipit: *Si quis emendacionis vite desiderio tactus &c.* nec est *Bernardi*, sed *Arnulfi de Boeriis*, ut T. VI. *Biblioth. Cisterc.* detexit *Tisserius*, interim tamen etiam legitur in edit. *Maur. Bernardi* T. V. col. 799. Secundo: *Scala Claustrali* hoc initio: *Cum die quadam corporali manuum labore &c.* sine

*Esther Tobiam* praecedunt. *Job*. I. c. 5. Testimonium terrestre scriptum est ante coeleste et omittit: *et hi tres unum sunt.* Ad calcem nulla hebr. et graec. Nominum Interpretatio.

nomine Autoris, qui est *Guigo Carthusianus*, quamvis inter *Bernardo* olim adscripta T. cit. col. 311. reperiatur. In *Bibliis* deinceps *Josue*, *Judices* & *Salomonis* Libelli, exceptis *Canticis*, Elenchum Caputum praeferunt, post *Epistolam Pauli ad Hebraeos* comparet etiam spuria ad *Laodicenses*, denique *Apocalypsis* praecedit *Epistolas VII. Canonicas*, ubi I. *Job*. c. 5. duplex testimonium cum Cod. praecedente consentit.

## XXVI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3241 XIV. Folior. 341. 8. per duas columnas minutissime, sed nitidissime perscriptus, coloribus et literis initiorum deauratis, speciosus, atque inter libros Bibliothecae Civicae *Vindobon.* in Palatinam coemtus *Biblia sacra* vulgatae interpretationis Prologis *Hieronymianis* et solitis Argumentis, quorum tamen aliqua a secunda manu accesserunt, ordine consueto complectitur. In iis describendis lapsus est aliquoties *Librarius*. Prologum in *Josue* cum aliis praemisit *Genesi*. Librum *Judicum* insignivit: *Incipit liber Judicum, qui intitulatur Josue.* Ante Pro-

logum in *L.L. Regum* exoritur jam *L. I. Caput primum* in v. 20. destitit, et totum deinceps suo loco repetit. *Esdrae* Librum III. apocryphum adjecit. Prologus *Psalms* praefixus est *Petri Lombardi*. Testimonium triplex *I. Job. c. 5.* intactum sic habet a prima manu: *Quia tres sunt, qui testimonium dant in celo pater. uerbum. et spiritus sanctus. et hii tres unum sunt. et tres sunt, qui testimonium dant in terra spiritus. aqua. et sanguis.* Ad calcem accedit nota illa Vocum Hebraicarum Interpretatio alphabetica, cui adscriptum lego: *Iste liber biblie comparatus est per me petrum gnem presbiterum patav. dioc. de proprijs pecunijs pro 9. flor. vngaricalib. Actum in die georgij martiris 1473.*

## XXVII.

Codex membraneus lat. Sec. C. 940 XIV. Folior. 338. 8<sup>vo</sup>. per duas columnas minutissime exaratus, rubricisque comtus continet sacra *Biblia V. et N. T.* cum Prologis *Hieronymianis*, et solitis Librorum argumentis. *Fol. 115.* Liber *Nehemiae* inscribitur *Esdrae secundus*, et per errorem incipit: *Verba iberemie filii elchie &c.* habetque post se solum *Tertium* apocryphum. *Psalterium* in titulo audit etiam *Liber hymnorum seu soliloquiorum.* *Machabaeis* praemissi sunt Prologi *Rabani* ad *Ludovicum R.* et *Geroldum* (hic *Geraltum*) *Archidiaconum*, quos *Rubrica* tamen perperam *sancto ysidoro episcopo* tribuit. *Fol. 304.* *Job. I. c. 5.* testimonium terrestre sic habet: *Et tres unum sunt.* Adscriptae sunt pro more *Interpretationes hebraicorum nominum*, ad quarum calcem minio:

*Laus tibi sancte christe. quoniam liber explicit iste.*

## XXVIII.

R. 69 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 633. 8. min. per duas columnas aterrime, nitidissime, minutissimeque conscriptus, literulis initiorum picturatis et rubricis speciosus *Sacra* offert interpretationis vulgatae *Biblia*, et *pag. 1.* extritis et fugientibus ductibus historiam suam, e qua colligas, eum fuisse quondam Imperatoris *CPolitani*, eumque *Cassae* de praeda pretio *Asperorum* duorum millium et quingentorum

a *Laurentio Spinula*, tumque ivisse per *Spinulas Franciscum*, *Job. Petrum*, — *Leonelem*, *Franciscum*, *Paulum*, *Job. Antonium*, ejusque fratrem *Hieronymum*. Textum praecedat primo *Genealogia Jesu Christi* retro ducta usque ad *Adam, qui fuit Dei*, tum *Epistolare* et *Evangeliare* per totum annum, ad cujus calcem: *Omnia ante scripta sunt manu domini Leonelis patris mei; sane elegantissimi.* Libri sacri *Epistolis* et *Prologis Hieronymianis* instructi excipiunt se ordine consueto. Liber III.